

H 1856 73

OBSERVATIONVM
CRITICARVM

PARTICVLA ALTERA

ORATIVNCVLIS

IN

GYMNASIO ILLVSTRI ELECTORALI
ISLEBIAE

A. D. XXX IVN. MDCCLXXXV

MEMORIAE LANGIANAE SACRVM

INDE AB HORA VIII MATVTINA

HABENDIS

AVDIENTIAM FACTVRVS

SCRIPSIT

M. CHRISTIANVS DAVID IANI

ILL. GYMN. RECTOR



ISLEBIAE TYPIS HVLLMANNIANIS



CRITICARUM
M. V. R. A. R. V. M.

CRITICARUM
M. V. R. A. R. V. M.

CRITICARUM
M. V. R. A. R. V. M.

CRITICARUM
M. V. R. A. R. V. M.

CRITICARUM
M. V. R. A. R. V. M.



III.

Cicero de Orat. I. 59. (251.)

Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii,
quorum causas receperimus, quam toties, quoties
perscribitur, paenam aut munionem citarimus.

Valde haerent in hoc loco viri docti, dum nescire se
fatentur, unde aut quomodo *munionem* explicent, quod vo-
cabulum neque usquam alias legitur, neque ullam suae vel
originis vel significationis suspicionem praebet: ut sane, quin-
mendum subsit, nullum esse dubium queat. Quomodocum-
que scripsisset Cicero, pedis certe alicuius metrici nomen po-
suisse eum oportere, Gesnerus et Ernesti iudicabant: de quo
ipso emendandi huius loci principio post videbimus. Igitur
Gesnerus ad Quintil. XI. 3. 22. pro hoc monstro legi vult:
aut etiam ionem, vel, *ionium*, qui alias pes ionicus dicitur.
Recte iam Ernesti vidit, illud *etiam* valde languidum et in-
culcatum esse, Tullioque indignum, si vel cetera bene habe-
rent. Deinde Bunavius, praecipuum illud doctae nobilitatis
ornamentum, *monogenem* legendum censuit, qui pes est ex

tribus longis et una brevi syllaba, vulgo epitritus quartus appellatus, ut, *incantare*. Memoratur hic pes apud Hephæstionem de metris, p. 11. quem librum latine Bunavius vertit, doctoque commentario illustravit. Atque admodum arridet illa coniectura Ernestio. *Pæanem* quidem accipiunt viri docti de pede metrico eo, qui notiori nomine *pæon* dicitur, habens breves syllabas tres et unam longam, atque adeo contrarius epitrito; quam ob ipsam rem aptissimum esse huic loco arbitrantur. At vero, cum vix ab alio quoquam scriptore latino pes ille metricus *pæan*, sed *pæon* semper dici soleat; unde et hoc loco *pæonem* legendum censebant Gesnerus in Thesauro, et Cl. Schellerus in lexico: tum universum illud principium, pedes metricos hic esse intelligendos, mea quidem sententia plane falsum est. Loquitur Cicero proxime ante hunc locum de oratoribus graecis atque tragoedis, qui, cum essent declamationis et vocis fingendae exercendaeque curiosiores, non *solum complures annos sedentes declamitare* solerent, sed etiam *quotidie, antequam pronuntiarent* habendam orationem, *cubantes vocem sensim excitarent*, h. e. ab imo sono ad summum attollerent, *eandemque, cum egissent*, sive peregissent id, *sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum recipere*. Hoc nos, addit, *si facere*, ita, ut illi,

ve-

velimus, ii, quorum causas defendendas receperimus, condemnentur ante, quam toties paeanem aut munionem citarimus, quoties ab rhetoribus graecis praescribitur: ita enim recte legunt P. Manutius et Lambinus, adprobantibus Pearcio et Ernestio, pro vulgari perscribitur, quod nullum h. l. sensum praebet. Hac tali in sententiarum connexionem quomodo de pedibus cogitare viri docti potuerint, nondum assequor. Nam quomodo quaeso pedes metricos *citat* sive recitat is, qui vocem sensum attollit, eandemque usque ad gravissimum sonum reprimit? Deinde cum, pedes recitare quid sit, vel simpliciter, vel hoc in nexu, non satis intelligo, tum, si vel maxime intelligam, quid tandem adiumenti ad vocem fingendam adferre talis pedum, idque inprimis paeonis aut epiriti quarti, recitatio queat, equidem nesciam. Quare paeanem et munionem ad vocis sonum attollendum reprimendumque pertinere utique oportet. Hoc rectum principium secutus Hadrianus Turnebus Adversar. I. 12. pro *munionem* legendum esse *minuritionem*, ingeniose profecto, coniicit. Primum enim pro *minuritionem* librarii scribebant *miurionem*; unde facillime *munionem* fieri poterat, inprimis, si litterarum in antiquis codicibus formam cogitemus. Deinde *minurire* et *minuritio*, Festo auctore, tenuem et exiguum avium minorum

rum cantum significant; quomodo et apud Sidonium atque Spartianum verbum legitur. Igitur insigniter huic loco id vocabulum convenit. Etenim neque *paean* pes metricus est, neque ex hoc perperam posito, ut facit Ernesti, colligendum, in *munione* pedis alicuius nomen latere necesse esse; sed est *paean*, ut constat, hymnus vel in Apollinem, vel in quemcumque Deum alium. Iam cum in tali hymno sublimior poetici et spiritus et eloquii vis regnaret, tum, ubi caneretur, gravior fere et vocum et cornuum sive tibiarum sonus erat. Itaque Graeci oratores, cum vocem ad acutissimum sonum sensim excitabant, tum inde ad gravissimum iterum recipiebant, nunc *paeanem citare*, h. e. ciere vel canere, nunc *munitionem*, sive avicularum cantum imitari videbantur. Sic praeclara est Turnebi emendatio. Sed potest alio etiam modo res expediri. Petrus enim Victorius, Ciceronis sospitator merito appellatus, qui anno 1537 Ciceronis opera Venetiis ex officina Ludovici Antonii Iuntae edidit, in codice manuscripto pro *munionem* reperisse se testatur *munychionem*, quae et memorabilis lectio esse, et iusto plus huc usque neglecta mihi videtur. Erat Munychia collis Atticae, haud procul Piraeo, peninsulae similis, et natura, et arte, ThraSybuli quidem ope, munitissimus, portum denique habens, per angu-

gustas fauces adeundum. v. Strab. libr. IX. p. 396. Nep. VIII. 2. 5. In hac arce celebre templum erat Minervae, quae inde Ἀρεμὶς Μυνυχία, Diana Munychia, appellata. v. Callim. Hymn. in Dian. v. 259. et ibi Spanhem. Hinc μυνυχιῶν dictus mensis Atticorum decimus (Martius forte noster) quod eo sacra sollemnia fiebant Dianae Munychiac. Sed quid? si putemus, etiam ipsum hymnum, qui Dianae Munychiae caneretur μυνυχιῶνα appellatum fuisse? Certe et analogia hoc fert, dum simili forma παιῶν dicitur hymnus in laudem Apollinis; neque obstat, quod nusquam alias hoc sensu vocabulum μυνυχιῶν legitur: plura enim sunt ἀπαξ λεγόμενα in antiquis, qui nunc quidem exstant, scriptoribus. Denique ita praeclare concinit quasi loco nostro *munychion*, ut mirari satis non possim, cur ita nihili fecerint hanc lectionem critici. Hymni enim in Dianam cum a puellis vulgo, ut notum est, canerentur, illi in Apollinem a pueris, sive iuvenibus, illarumque cantum acutior quoque atque exilior, horum gravior ac fortior tiliarum et fidium sonus iuvaret: praeclare et festiye oratores illi graeci nunc in Apollinem hymnum, nunc in Dianam canere, et amoebaeum quasi iuvenum et virginum cantum exprimere videri dicuntur, dum modo per gravissimos sonos, modo per acutissimos vocem agitant. Quare lectio *munychionem*, ita
qui-

quidem exposita, mirifice mihi placet, atque hoc etiam argu-
mento, valido sane, commendatur, quod et codicis manu-
scripti auctoritate nititur, et doctior est, quam quae a librarii
alicuius stupore profecta videri possit: cum contra *munychi-*
onem, sive *munichionem*, facile in *munionem* mutaret iners
librariorum negligentia. Praeterea cum haec talis *paeanis* et
munychionis vel compositio vel oppositio, et concinnior
omnino est, illa *paeanis* et *minuritionis*, et doctiorem ele-
gantiorumque oratorum graecorum irrisionem habet; quod
ipsum lectioni nostrae, eiusque interpretationi, magnam pro-
babilitatem conciliat: tum ipsa vocabula *minurire* et *minuri-*
tio seriorum demum temporum usus induxit. Si tamen *mi-*
nuritionem quis malit legere, non equidem intercedam.

Die crastino, immortalis b, IOANNIS GOTTFRIDI
LANGII memoriae sacro, inde ab hora VIII matutina, in
primae classis auditorio, decem illius lectissimi cives ad ha-
bendas orationes surgent, et quadraginta tres alii bonae spei
adolescentes dialogos recitabunt. Quos ut benevole audiant,
civitatis nostrae PROCERES, et, quicumque bonis litteris
cupiunt, humanissime rogo. D. Islebiae, a. d. XXI^a Jun.

MDCCLXXXV.

Redübung
im Kurfürstlichen Gymnasium Illustre
zu Eisleben

den 30 Jun 1785.

Johann Andreas Störmer, aus Eisleben, zeigt den Unterschied des wahren und
falschen Freundes, deutsch.

Christian Friedrich Heydrich, aus Hornburg, handelt von der Unsterblichkeit,
lateinisch.

Johann Wilhelm Friedrich Keisig, aus Eisleben,

Johann Gottfried Gelbke, aus Eisleben,

Johann Friedrich Zeitschel, aus Eisleben,

Johann Peter Ferdinand Dressel, aus Eisleben,

Joachim Friedrich Schierholz, aus Eisleben,

Johann Wilhelm Kuckenburg, aus Eisleben,

Friedrich Gottlob Schaaf, aus Eisleben,

Karl Friedrich Wiese, aus Eisleben, und

Friedrich Gottlieb Karl Damvoch, aus Groß-Dehrner, besprechen
sich über einige Insekten.

Johann Heinrich Trümpler, aus dem Mansfeldischen, bewundert die Insekten,
deutsch.

Johann Karl Wilhelm von Besser, aus der Niederlausitz, schildert ein philosophis-
ches Landleben, in freier Poesie.

Friedrich Gottlob König, aus Eisleben,
Johann Bernhard Zünichen, aus Eisleben,
Johann Christian Gotthilf Schrader, aus Eisleben,
Karl Christian Tobias Starke, aus Polleben,
Johann Karl August Herrmann, aus dem Weimarschen,
Christian Gottfried Freund, aus Eisleben,
Johann Ernst Christian Ortilik, aus Eisleben,
Johann Friedrich Bernhard Schiefer, aus Eisleben, und
Heinrich Rudolph Wilhelm Newes, aus Grimma, unterreden sich
über ihre künftige Bestimmung.

Karl Traugott Siegmund Schmid, aus Eisleben, schildert einen hellen Wintersonnenmorgen auf dem Lande, in freier Poesie.

Karl Wilhelm Richter, aus Leipzig, beschreibt die Wonne des Wohlthuns, in deutschen Versen.

Konrad Christoph Jakob Sischer, aus dem Halberstädtischen,

Johann August Gottfried Kühne, aus Artern,

Johann Karl Christian Mohr, aus Eisleben,

Johann Friedrich Voigt, aus Eisleben,

Johann Erdmann Leberecht Ludwig, aus Eisleben,

Friedrich Leberecht Schmidt, aus Polleben,

Christian Leberecht Oppermann, aus Eisleben,

Ernst Gottlieb Leberecht Eichholz, aus Thüringen,

Johann Friedrich Traugott Scharren, aus Eisleben, und

Johann Friedrich Steinkopf, aus dem Mansfeldischen, untersuchen,
welche Jahreszeit die beste sey?

Johann Christian Friedrich Ortleb, aus Thüringen, malt einen schönen Sommerabend, deutsch.

Wilhelm Siegmund Schmid, aus Eisleben, besamirt einen Hymnus auf die
Freundschaft, deutsch.

Johann Karl Wilhelm von Besser, aus der Niederlausitz (Damiis),
Friedrich Gotthilf Voigtel, aus Eisleben (Leander),
Heinrich Christoph Heber, aus Eisleben (Marino),
Johann Traugott Leberecht Bötcher, aus Eisleben (Arist),
Johann August Heinrich Salsfeld, aus Seeburg (Eduard), und
Johann Friedrich Gottlieb von Münchhausen, aus Gatterstädt
(Welfen), stellen, mit Zuziehung Johann Christoph Tenets,
aus Eisleben (Johann), eine kleine Handlung vor: die Ge-
lehrten in der Einbildung.

Johann Andreas Gottfried Mary, aus Dessau, schildert einen heißen Sommer-
tag, in ungebundener Poesie.

Heinrich August Wilhelm Reusch, aus der Grafschaft Hoya, besingt das Lob der
Weisheit, deutsch.

Friedrich Wilhelm Börner, aus dem Mansfeldischen,
Karl Jakob Christian Reimann, aus Mansfeld,
Johann Anton Bernhard Trinius, aus Eisleben,
Friedrich August Bege, aus Eisleben,
David Friedrich August Jani, aus Halle,
Johann Christian Salsfeld, aus Seeburg,
Ernst Christian Gottlieb Borges, aus Eisleben,
Johann Arctin August Eggert, aus Eisleben, und
Franz Gottlieb Schwemke, aus Harterode, feiern den Tod des
Herzogs Leopold von Braunschweig.

Friedrich Traugott Michaelis, aus Voigtstädt, besingt eben diesen großen Gegen-
stand, in einer deutschen Ode, und stattet hierauf der Ver-
sammlung den schuldigen Dank ab.

Gesang zum letzten Dialog.

Minnet hin, ihr stillen Säbren,
Auf des Menschenfreundes Grab!
Tönet, Klagen, ihm zur Ehre,
Der sich selbst für Menschen gab.

Klagen tönen, Jammer ächzet,
Augen sind von Thränen roth:
Menschenliebe war sein Leben,
Menschenliebe war sein Tod.

Helden, kränzet euch mit Lorbern:
Menschenblut klebt schrecklich dran.
Leopold, dich schmücken Kränze,
Die nur Liebe winden kann.

Ruhe sanft auf deine Thaten,
Thaten sanfter Menschlichkeit,
Und empfang das kleine Opfer,
Das dir unsre Jugend weihet.

Dort genieß des hohen Lohnes
Deiner Güte, o Menschenfreund!
Wie dem größten Menschenretter
Lebst du ewig nun vereint.

Choral nach der letzten Rede.

Einst werd' auch ich, wenns dir gefällt,
Ein Bürger deiner bessern Welt;
Dann sag' ich dem, der um mich weint:
Gott ist der Freund,
Der uns einst wieder froh vereint.

Den Trost, o Jesu, dank' ich dir:
Du brachtest ihn vom Himmel mir.
Du hast's versichert: ihr seid mein,
Auch ihr sollte seyn,
Wo ich bin, und euch ewig freun.

10 18

1856 13

OBSERVATIONVM
CRITICARVM

PARTICVLA ALTERA

ORATIVNCVLIS
IN
GYMNASIO ILLVSTRI ELECTORALI
ISLEBIAE

IVN. MDCCLXXXV
LANGIANAE SACRVM

HORA VIII MATVTINA

HABENDIS

TIAM FACTVRVS

SCRIPSIT

IANVS DAVID IANI

GYMN. RECTOR



YPIS HVLLMANNIANIS

